

C. SVLPICI APOLLINARIS PERIOCHA

Sororem falso dictitatum Thaidis
id ipsum ignorans ^{per} miles advexit Thraso
ipsique donat. erat haec civis Attica.
eidem eunuchum, quem emerat, tradi iubet
5 Thaidis amator Phaedria ac rus ipse abit
Thrasoni oratus biduum concederet.
ephebus frater Phaedriae puellulam
cum deperiret dono missam Thaidi,
ornatu eunuchi induitur (suadet Parmeno) :
10 introit, vitiat virginem. sed Atticus
civis repertus frater eius conlocat
vitiatam ephebo; Phaedriam exorat Thraso.

PERSONAE

(PROLOGVS)	ANTIPHO ADVLESCENS
PHAEDRIA ADVLESCENS	DORIAS ANCILLA
PARMENO SERVOS	DORVS EVNVCHVS
THAIS MERETRIX	SANGA SERVOS
GNATHO PARASITVS	SOPHRONA NVTRIX
CHAEREA ADVLESCENS	SENEX (DEMEA seu LACHES)
THRASO MILES	(CANTOR)
PYTHIAS ANCILLA	
CHREMES ADVLESCENS	
